esset tempus aut erat perpetuum. aut erat eternum. et eternum quidem dici nō potest fuisse cum sit terminatum siue finitum in ipa creatione primi instātis totius temporis. Perpetuū vero dici non potest cuī non inceperit quoniam desierit deest igit hic prima nominatio. Dico igitur quoniam non esse temporis econtrario se habī perpetuitas. perpetuū autē habet inceptionem siue desinitionem. nō esse vero temporis desinitionē sine inceptione et ꝓpter hoc nominari potest ꝓprie an ꝓpetuum quoniam econtrario se habet illi. Eternitas vero et se tota precessit tempus ⁊ se tota est posterior tempore. Causa autem in hoc est quoniam tota semper est eternitas nihil de ea succedit nihil eius omnino fuit quare non sequitur. Si tota fuit ante tēpus vel p̄cessit eternitas. quoniam ꝓpter hoc nihil eius futurum fit. quemadmodū si quis dicat quoniam deus totus est in celo ⁊ supra terram ergo nihil eius est in terra vel sub terra. esse enim eius in celo sup terram non ꝓhibet esse ipsum in terra et sub terra. quoniam totus vbiq; sit eternitas tota semper et ꝓpter hoc esse ipīam ante tempus non ꝓhibet ipīam eē post tempus. Apparet etiam tibi ex hoc quia ꝓpetuitas et antippetuitas non completū durationem eternam siue eternitatem durationis et hoc est quoniam potest aliquid medium intercidere. sicut vides q̄ perpetuitas anime humane que nunc creatur ⁊ antiperpetuitas ipius non esse celi nō cōplent vnam durationem eternam. Deest enim ab huiusmodi duratione eterna tota duratio celi a creatione sua vsq; in presens nunc. Caue autem tibi ab huiusmōi comparationibus non enim sicut linea dicitur maior pūcto suo iniciali vel terminali maior se tota. Sic potest dici. q̄ eternitas maior tempore se tota quēadmodum nec ipse creator potest dici mundo maior se toto. primum. quia magnitudo creatoris et magnitudo mundi non vniuoce dicuntur et ꝓpter hoc non sunt ad inuicem comparabiles sicut alibi didicisti. Deinde cū punctus inicialis vel terminalis alicuius linee sint in eodem situ et punctus in linea et de linea sit tota linea et reuera est post punctum. et detracto puncto de linea nulla particula ꝓpter hoc detrahet. et ideo linea nō fieret minor. Non ita autem se habent eternitas ⁊ tempus. nō enī eternitas puuctus tempis est nec velut in eodem situ aut eadem serie sunt eternitas ⁊ tempus. Similiter nec deus ⁊ mundus sic inuicē habent nec anima humana nec corpus ipīus. Si vero queritur de eternitate an sit in tempore distinguendum est indubitanter quēadmodum et cum dicit an deus sit in tempore. Non enim est in tempore Sicut sepe dictum est. sed cōmunicabiliter vt ita dicatur est enim duī tempus est et quandocūq; aliquid temporis est. Q̄ si quis dixerit. quia si sola comitantia huiusmodi facit deum esse in tempore. Iuxta modum istum posses dicere q̄ es in qualibet domo et qualibet ciuitate quoniam es dum quelibet domus aut ciuitas est. Tu scis in hoc quia esse in tempore et esse in loco non dicuntur intentione vna esse enim in loco hoc est circundari et contineri ab ipo loco. motus autem qui est in tempore nec circundatur eo modo a tempore hoc est per omnem diuisionem et partem sed quasi per longum successionis applicatur ei. ⁊ propter hoc solū breue et longuī de tempe dicitur in nominibus diuisionum latum enim ⁊ strictum altum et ꝓfundum nequaq̄ de tempe dicuntur. Motus ergo dicitur in tempore ꝓprie q̄ ipsuī precise comitatur videlicet q̄ nihil habet ante primum seu principium motus. nihil post vltimum sine sentencie ipīus et ista comitantia est mensuratio tēporalis quāq̄ longe sit a creatore qui ⁊ tēpus omne eternaliter precessit et eternaliter post ipīm futurus est et ipīm tempus illum continue deserit dū quotidie et irretinibiliter vt dictum est fluit. Ille stat immobiliter ꝑ omnem modū influxibiliter vsq;quaq;. Et igitur huiusmodi comitantia inter creatorem et tempus qualis cogitari potest inter stantem in vltimitate stabilitatis et fugientem in vltimitate fugacitatis.

b ijs autem ita se habentibus ꝓsequar ō hoc q̄ omnia dicūtur esse in eternitate a quibusdam ⁊ mundi inibi ⁊ hoc simul et quid sit ꝓprie ac vere esse in eternitate. Dico igitur quia ꝓpe et vere esse in tempore est esse mensuratū a tempore scōm longum successionis ipīus temporis ⁊ ꝓprie et vere esse in eterni-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA